

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 20: De hereticis (2)

Unde Ieronimus:

Non absurde impii vocantur heretici,  
quia propter errorem pravi dogmatis a veritate sunt alieni.

Non absurde impii uocantur haeretici,  
qui per errorem proui dogmatis a cognitione sunt ueritatis alieni,  
quos sequenti uerbo etiam uiolentos appellat,  
quippe qui scripturae sacrae sententias recta dogmata  
continentes ad intellectum prauum conantur uiolenter inflectere.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 18.13 (CCSL 143A, M.  
Adriaen ed., p.898, ll.3-7).